



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Dissertationes Juridico-Theologicæ De Jure, & Justitia

Karchne, Simon

Augustæ Vindelicorum ; [Graz], 1714

§. XVII. Quinquè sequelæ contra votum paupertatis, & totidem propositiones de paupertate in societatis scholis doceri prohibitæ

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40013**

recreandum ejus olfactum, aut exhibeat spectaculum pretio dignum, aut vehat secum in curru, aut si per manus Religiosi projiceret gemmam pretiosam in Mare, hoc casu Religiosus in consideratione physica non habet se merè passivè, at benè in æstimatione morali, cum moraliter seu Prudentum judicio perinde sit, ac si Dominus ipse gemmam abjiceret. Idem est, si Dominus dat Religioso pecuniam, quam reddat tertiæ personæ sine utilitate in ipsum redundante, aut Nomine Domi-

ni largiatur pauperibus; censetur enim purum Domini instrumentum; e contra quando Religiosus se non habet, aut physicè, aut moraliter merè passivè, neque ut purum instrumentum circa aliquas operationes, sed eas in commodum suum vertit per activnem, in qua in morali æstimatione sed habet activè, peccat contra votum paupertatis, qualiter diximus paulò antè se habere Religiosum sine Licentia prandentem apud sæcularem,



## §. XVII. Dissertationis I. Articuli VI.

*Quinque sequelæ contra votum paupertatis & totidem Propositiones de paupertate in Societatis Scholis doceri vetitæ.*

DE his sequelis & propositionibus vide à num. 393.

# ARTICVLVS SEPTIMVS.

*De Beneficiatorum Dominio.*

## §. I.

*De Triplici genere bonorum Clericorum.*

60. **C**lericorum bona sunt Triplicia: Primò Patrimonialia ut acquisita titulo hæreditatis, Artis, Laboris, Contractus, &c. Secundò quasi Patrimonialia, quæ Clericis in fidelium gratiam occupatis dantur non tanquam fructus beneficii, sed ut merces laboris E. g. pro lectione Missæ, Concione,